



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

49. Epistola capituli Paderbornensis pape directa pro incorporationis
revocatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

multipliciter pergravatas, . . . cur . . . ad Sanctitatem Vestram . . . devotissime recurrimus veritate semper inspecta.

Copia littere capituli Paderbornensis ad dominum Martinum papam.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

49. . . . Pater ac clementissime domine! Recurrimus ad
 Ohne Datum. pedes Sanctitatis Vestre . . . humiles oratores . . . prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis lamentabiliter exponentes, quod, licet ecclesia ipsa . . . multum bene sufficiat ad sustentacionem prelatorum et aliorum membrorum . . . ecclesie, nec . . . subsit aliqua causa, quare ecclesia . . . debeat supprimi, . . . tamen ad noticiam nostram devenit, quod . . . dominus Theodericus, archiepiscopus, ad presens ipsius ecclesie Paderbornensis administrator, . . . quasdam literas cameraliter dicitur extorsisse, per quas Beatitudo Vestra ecclesiam Paderbornensem . . . Coloniensi fertur . . . incorporasse, in maximum detrimentum, status ipsius ecclesie et civitatis Paderbornensis, ymmo eciam totalem destruccionem ipsius patrie. . . .

Cum autem, Beatissime pater, ecclesia Paderbornensis ita solempniter fuerit per imperatores in honorem beate Marie virginis ac sanctorum Lyborii et Kyliani fundata et sufficientissime dotata . . . pro sustentacione episcopi . . . et si aliquis defectus in hoc fuerit, ille intervenerit propter alienacionem et impignoracionem castrorum ipsius ecclesie per eundem dominum archiepiscopum durante administracione sua eciam sine consensu capituli factam, supplicamus Sanctitati Vestre, . . . quatenus ad evitandum schandala et effusionem sanguinis . . . dignemini committere

alicui ex reverendissimis patribus dominis sancte Romane ecclesie cardinalibus, ut super premissis informacionem recipiat et Sanctitati Vestre referat ac sub penis et censuris ecclesiasticis, eciam pecuniariis et aliis formidabilibus penis . . . inhibeat dicto domino archiepiscopo, . . . ne . . . quidquam in preiudicium dicte ecclesie . . . attemptet. Et . . . Sanctitas Vestra . . . incorporacionem casset et annullet . . . ac ecclesiam Paderbornensem in pristinum statum restituat et nichilominus dictum dominum archiepiscopum ad redimendum castra impignorata per eum et restituendum ecclesie compellat. . . .

Paderburne Septembri.

Humiles et devoti oratores, prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Martino, divina providencia pape quinto, nostro domino beatissimo.

Copia littere capituli Paderbornensis ad dominum
Hermannum Dweg.¹⁾

Der Inhalt ist mit dem vorhergehenden Schriftstücke 50.
fast wörtlich übereinstimmend bis auf den Schlußantrag, D. D.
der folgende Fassung hat:

Supplicamus reverendissime paternitati vestre, . . . quatenus . . . dignetur, ipsam ecclesiam Paderbornensem et nos in iusticia habere recommissos, presertim apud sanctissimum dominum nostrum, cui de causa huiusmodi scribimus, ut nos in petitione nostra in hiis, que iuste petimus, exaudiat et iusticiam habeat similiter recommissam. Reverendissime pater, placeat super premissis attendere et futuris periculis obviare de benignitate vestra solita, quam Altissimus dignetur prospere conservare.

Paderborne Septembri.

¹⁾ aus Herford stammend. Vgl. Hölcher's Reformatiöns-Geschichte der Stadt Herford (Schulprogramm 1869).